

**Adnotationes || Et Meditationes || In Evangelia Qvae || In
Sacrosancto Mis-||sae Sacrificio || Toto Anno || Legvntvr;||**

Nadal, Gerónimo

Antuerpiæ, M. D. XCV.

Dominica V. post Pascha.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78158](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78158)

DOMINICA QVINTA POST PASCHA.

Orationis perfectio docetur.

IOAN. XVI. ANNO XXXIII.

In cxxiiij. imaginem adnotatiuncula.

xxxiiij.

106.

- A. Ibidem docet Christus Discipulos perfectionem orationis quam essent habituiri.
B. Confessus Christi ad dexteram Patris; ut intelligamus omnia nos impetravimus a Patre per Filium.
- C. Significantur in splendore splendores aeterni in quibus generatus est a Patre Filius. Psal. 110.
D. Incarnatio, in qua predestinationis Christi intelligitur.

EVANGELIVM MISSÆ.

IOAN. XVI.

AMen amen ^a dico vobis, si quid petieritis ^b Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo. Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Haec in proverbiis locutus sum vobis: venit hora cum iam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis; ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia ego a Deo exiui. Exiui a Patre, & ^cveni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Dicunt ei Discipuli eius; Ecce nunc palam loqueris, & in proverbiis nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi ut quis te interroget: in hoc credimus quia a Deo existi.

ADNOTATIO.

A. Christus docens perfectionem orationis: idem locus ubi eodem capite ostenderat Christus illustriorem spiritus sapientiam datum iuri discipulis; postquam ipse resurrexisset, ascenderet in celum, & spiritu sanctu in illos misisset. Adiit vero nunc fore illis omnia quae ad fidem plenitudinem spectaret per spiritum sanctum aperi- tiora, nec interrogaturos, vel oraturos ut solebant, hoc est imperfekte.

B. Sedet Christus ad dexteram Patris in celo: et non vero Apostoli Patrem, sed manu designantes Christum, ut qui nomine eius Patrem darent. Significatur autem noua orationis perfectio, qualem ante a non habuerant Apostoli: ex maiori enim intellectus luce, & voluntatis per-

fectione in Deum affectu, noua ratio orationis emanat & efficacia; que facit, ut sola haec videatur esse oratio, non fuisse superiores. Propterea dixit Christus: Non petitis ^b que modo confirmo tamē simul futurum, quid petieritis perfecte in nomine meo, id est in virtute omnium mysteriorum meorum, que erant tunc completa, si per plenitudinem meriti mei, quod omnia sitis accepti que ad nomine meum illustrandum petieritis a Patre: hanc orationis rationem, hanc perfectionem hactenus non habuistis; incipite iam hinc illa exereere, illi assuefcere, hac doctrina & luce, quam nunc potestis accipere, bene a- nimati.

D. C. Annuntiatio & incarnatio Verbi diuini:

divini: nam is fuit unus exitus a Patre temporali, cum quo coniunctus est eternus exitus, qui est generatio a Patre eterno. Hoc exitus aperit pronunciat *Michæas* 5. cap. Et egressus eius (numero plurali, ut *Hebræi* est, & in *Septuag.*) ab initio a diebus eternitatis. *V*nus enim egressus plane est ab initio a diebus eternitatis, et

M E D I T A T I O.

Venite fratres, ad vim perfectionemque orationis intelligendam ex ore I E S V, aeternæ omnipotentis Patris sapientia. Docuerat quidem Discipulos suos excellentissimam orationem; quid igitur expectare ex praesenti orationis doctrina debemus? Summam cum illa, & salutaribus orationibus, virtutem & efficaciam esse copulatam ostendit Discipulis suis Dominus, quodque ad illud usque tempus non orassent in eius nomine, vel quod tenuiter id fecerant, vel quod facere non potuerant adhuc perfectè, quia mysteria economia Christi, per quæ petendum est, nondum erant consummata; vel omnino idonei non erant ad petendum per crucis Christi & passionis mysteria, qui adhuc illa non intelligebant. Docet ergo quo pacto essent petiti, in eius yidelicet nomine. Quid? Iam id non fecerant Apostoli? Ex Christi quidem institutione & praecepto fecerant; sed ita fecerant, ut collatione eius doctrinæ & lucis quæ nunc illis offerebatur, in nomine I E S V non videretur orasse. Accepisti igitur præclaram illam lucem orationis, & vim diuinam, o beati Apostoli, hac Christi doctrina: sumus nos vestra predicationis & Apostolatus filii; docete nos, oramus per Christum I E S V M, quemadmodum in nomine eius orare debeamus: doce tu nos omnium nomine beatissime Petre Apostolorum Princeps; quod, obsecro, est nomen Praeceptoris tui, in quo petere a Patre debemus in oratione? Est pri-
mum eius nomen ineffabile **תְּהָוָה** Iehoua

*Pa. 1. tetragrammaton, cuius significatum per κύριος
Edu. 2. bis ego in epistola mea indicau: vt Euange-
listæ, & alij noui testamenti scriptores, tum
1. m. 3. Ecclæsia Christi, non tantum in veteri testa-
1. m. 3. mento, sed etiam nouo, quoties ex veteri oc-
currat nomen tetragrammaton, non ipsum, sed eius loco nomen Adonai, vel κύριος, vel
Dominus, scribunt. Hoc est primum nomen
Christi, per quod, eiusque significationem,
Patre orare debemus, per quod vim diuinam
accipere, & orationis, & omnium actionum.*

nus scilicet, alius in predestinationis excellen-
tia primogenitus enim est Christus omnis crea-
turæ, est predestinatus filius Dei, tum tempora-
lis missio processit a Patre, qui est principium
absque principio, & est sua aeternitate misit Filium,
pro temporis plenitudine a se constituta.

Hoc nomen, hanc diuinitatem & in aeterna
generatione dedit Filio Pater, & in incarnatione
communicauit atque vniuit illi huma-
nitati in Filio: hinc omnia Christi opera crea-
ta, omnes actiones, passiones, mors ipsa vim
acceptit infinitam; Dei enim erant hæc omnia
per illam humanitatem: quare summa hæc
est virtus, ad quam ex alijs semper est pene-
trandum. Aliud est nomen Christi **אֱלֹהִים** Elohim, id est Deus, quod propterea ineffa-
bile non est (vt nec alia Dei nomina) quod
virtutem significet aliquam a nobis ex Dei
effectu intelligibilem. Est igitur hoc nomen
actionis Dei infinita, vt **אֱלֹהִים** Schaddai om-
nipotentia, sive infinita abundantia & mi-
serationum, **אֱלֹהִים** Adonai Dominij & auxi-
lii infiniti.

Itaque vim item accipiet vestra
oratio, si innitarit actioni, potentia, domina-
tioni, & auxilio Christi infinito. Alia porro
nomina Dei similiter exponentes, ex singulis
singularem vim accipite orationis in Christo
I E S V. Ad hæc in nomine **אֱלֹהִים** Emma-
uel laeto animo orate Patrem, est enim no-
biscum Deus filius, est homo Dei filius, qui
luit in orbe terrarum coram Patre, & iucun-
dè quidem luit exercendo sua cœconomia
diuina mysteria, mortem etiam operes pro
nobis summa cum animi promptitudine at-
que alacritate; qui posuit in suis deliciis esse
cum hominibus, & pro mortalium salute pa-
ti, & crucem subire. Hic est nobiscum, in quo cum
perpetuo sunt Pater & Spiritus Sanctus, simul
nobiscum cum illo est vniuersa Trinitas super-
benedicta. Hoc nomen Christi facite vobis
familiare, illi vos dedit, o filii, per illud orate:
sed nomen I E S V adiungite, magnum illud,
potens, & admirabile nomen, nobis propitiū
& salutare, Dæmonibus inimicum & formi-
dabile, cui flebitur omne genu, cælestium, *Pbil. 2.*
terrestrium, & infernorū; per quod omnia no-
mina Dei, omnes corum virtutes vobis con-
ciliantur; quod cordium vestrorum lumen
cælestis

Proth. 8.

DOMINICA QVINTA POST PASCHA.

478

cæleste est, virium diuina restauratio, ignoratiæ sancta illuminatio; quod nostra est sapiëtia, justitia, sanctificatio ac redemptio; atque *Eph. 1.* adeò omnia in omnibus adimpletur IESVS: ex quo scilicet omnis virtus, omnis perfectio, omne bonum in omnes deriuatur, ac in omnibus consummat spiritus plenitudinem: in quo omnes thesauri sapientia & scientia, bonitatis, & misericordia, & salutis æternæ absconditi sunt: verè enim I E S V S ipse est Deus absconditus, Deus Israël Salvator. Hoc nomen, hunc I E S V M altè cordibus vestris recipite filij, hinc vires accipite spirituales, vnde ad Patrem accedatis, per quem petatis quicquid petitis à Patre: illud simul adhibentes nomen & obsecrationem, qua I E S V S ipse in cælis apud Patrem virut. Non solum enim inter nos vitam viuens mortalem obtulit Deo Patri labores suos, passiones, cõtumelias, vulnera, morte, alia mysteria suæ cœconomia omnia; sed nunc idem facit, cõtinerter apparèt vultui Dei pro nobis: ipsum enim habemus in cælo Pontificem æternum secundum ordinem non Aaron, sed magni illius Melchisedech, habemus aducatum & interpellatorem; offerit enim se continenter aperitè pro nobis incurvantem, & impensis, & sanctum sacrificium, vnicæ illius perfectissimæ oblationis cruentæ atque passibilis viam & diuinam memoriam & repræsentationem; quale nos docuit sacrificium in Missâ, offerre pro viuis & defunctis in mysterio. Hoc igitur sanctamini nomen, & rationem petendi à Patre per Missâ sacrificium, per mortem & passionem Christi, per omnia eius & mortalitatem & immortalis mysteria: his nimirum in petitionibus vestris, non vestris meritis, etiam si Sanctorum meritis, tum etiæ vestris vii potestis, non quasi vestrae virtuti innitamini, sed Dei, qui sua dona voluit nostra esse merita in Christo, & rationes orationis exaudienda: neque enim non in nomine Christi peteatis. siquid per merita Matris eius sacrosanctæ, si per Sanctorum merita postulatis. Petite simul in nomine Christi, quod nomine incarnationis Christi mysterium ostendit, & vniōnis gratia illam infinitam. Est enim Christus vñctus: sed à quo vñctus? à tota Trinitate: quo oleo? Spiritu sancto & vir-

Act. 10.

tute: quibus verbis summa illa vñio hypostatica significatur, qua verbum caro factum est, *Ioan. 1.* & habitauit in nobis. Hæc igitur sunt vobis praesidia & vires, quibus orationes & petitiones vestras fulciatis. Verum audite: hæc sunt blimes obsecrationes, (ex quibus alias omnes intelligere potestis) hæc sunt efficax petitionis virtus obtinebit quæ petatis omnia, modò gratiarum actiones simul coniungatis; tum alia addatis quæ Christus oratione addenda esse docuit, pietatem, fidem, perseverantiam, & fidem Deo dignum: neque enim omnis qui dicit, Domine, Domine, ipse intrabit in regnum cælorum: neque rursus qui in nomine Christi vicinque petit, is continuo consequitur quæ expedit. Illud etiæ sciamus, opera bona que feceritis Christi voluntatem sequuntur, ea magnū habere momētū, vt in nomine Christi petentes petita recipiatis. Fuit salutaris nobis hac tua expositio doctrinæ Christi, Petre sanctissime; sed obsecro te vt mihi declares præterea, quo pacto verba illa intelligantur, quæ hoc Euangelium præcedunt. In illo die nō rogabitis me quicquam. Voluit bonus I E S V S, antequam perfectum orandi modum nos doceret, dedocere imperfectiones nostras. In die illo me non rogabitis quicquam: quo die? Quando scilicet iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tolleret à vobis: quādō apertus vobis fuerit sensus vt intelligaris scripturas, cūm Spiritu sanctum accipietis, qui vos docebit omnem veritatem: tunc quas vobis innuo cognoscetis vestras imperfectiones petitionem & interrogacionum præteritarum, & toram meditationis atque orationis rationem mutabitis. Percepientis enim illa multa quæ modò nō potestis portare; atque vt mei cognitionem perfectam accipietis, ita non petetis vel interrogabitis me quicquam: ex maiori enim luce ille ego quem prius cernebatus, illustrior vobis videbor: quare faciam ego, faciet Spiritus sanctus, vt plenitudinem scientiæ accipiat. Proper hæc omnia mysteria agimus gratias quas possumus maximas Deo. Tibi item magnas Pastor noster & Patrone singularis Petre, & dicimus I E S V Christo cum Ioanne Apostolo, Amen, Amen.

ASCEN-

ASCENSIONEM CHRISTI

PRÆCEDENTIA PROXIME.

MAR. VLTIMO. LVC. XXIIII. ACT. I.

In cxxv. imaginem adnotatiuncula.

479

6XXV.

147.

- A. Ultima apparitio Christi in canaculo montis Sion,
vel ultima principium.
B. Christus discubuit cum Apostolis.
C. Exprobavit incredulitatem præteritam aliquorum
edictis ipsiis ut eis in mundum vniuersum &c.
D. Circulus porrò designantur qua coniunct Euægeliuæ,
& primam quidem docentur fidem, & bapti-
zantur credentes.
E. Demonia ejlicant.
- F. Loquuntur linguis.
G. Serpentes tollunt: ut Paulus, qui viperam exca-
tit in ignem.
H. Si mortiferum quid bibunt, non eis nocet, ut Joæni.
I. Super agros manus imponunt, & eos sanant.
K. Spectant ad curiositatem Apostoli, a qua deterret
eos Christus.
L. Educit eos in montem Bethaniam versus, dicens
secum pompa Angelorum & animarum.

EVANGELIUM MISSÆ.

MAR. XVI. LVC. XXIIII. ACTOR. I.

NONUissimè autem ^b recumbentibus illis vn-
decim apparuit, & ^c exprobavit incredulita-
tē eorū & duritiam cordis, quia ijs qui viderant
eū resurrexisse non crediderunt. Et dixit eis, Eun-
tes in mundū vniuersum, prædicate Euægeliuæ
omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fue-
rit, saluus erit: qui vero non crediderit, cōdemna-
bitur. Signa autē eos ^d qui crediderint hæc sequē-
tūr: In nomine meo ^e Dæmonia ejlicant, ^f lin-
guis loquētur nouis, ^g serpētes tollēt: & si ^h mor-
tiferū quid biberint, nō eis nocebit: super ⁱ agros
manus imponent, & bene habebunt.

Et conuescens, præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed exspectarent pro-
missionem Patris. Quam audistis, inquit,
per os meum: quia Ioannes quidem bapti-
zauit aqua, vos autem baptizabimini Spi-
ritu sancto non post multis hos dies.

vos autem sedete in ciuitate,
quoadusque induamini vir-
tute exalto.

Igitur qui ^k conuenerant, interrogabant
eum, dicentes; Domine, si in tempore hoc
restitues regnum Israël? Dixit autem
eis; Non est vestrum nosse tempora
vel momenta que Pater posuit in saa

MAR.

potestate; sed accipietis virtutem
superuenientis Spiritus sancti in vos,
& eritis mihi testes in Hierusalem, &
in omni Iudea, & Samaria, & usque
ad ultimum terrae.

Eduxit autem eos foras in
Bethaniam.

Et Dominus qui-
de I E S V S postquam
locutus est eis,

Et cum haec dixisset,

ADNOTATIO.

August. A. **V**it haec penultima apparitio in canaculo
de cōsen- montis Sion, vel ultima principium, post
su Euūg. quam e Galilaea redieram. Discipuli Hierosolam,
li. 3. c. 23. & iusserit eos I E S V S in ciuitate sede-
re, donec indueretur virtute ex alto: hinc enim
eos versus Bethaniam duxit Christus, in monte
Oliuēt, unde ad Patrem ascendit.

B. Christus mensa asidens cum undecim A-
postolis. Cōtemplare Christi maiestatem & glo-
riam, Discipulorū fidem & animi devotionem.
Comedit igitur & bibit cum Apostolis que die
ascensurus erat: prius tamen quam cibum cape-
ret, illis dedit sanctam Eucharistiam; quod pte
credi potest secundum Christum quoties cum disci-
pulis post resurrectionem manducauit & bibit.

C. Ad prandium exprobravit Christus non
nullorum pr. et erit am incredulitatem, ad eorum
& nostram fidei confirmationem; quās nobis
principiens, qui cum non vidimus resurrexisse,
ut yis & qui viderunt, & qui non videntes cre-
diderunt, credamus: quibus verbis dedit Christus
vīm fidei que nos attingit. Porrò non vide-
tur alienum dicere prandium; nam eodem die
ascendit Christus, postquam cum discipulis mā-
ducauerat, quare cena non videtur fuisse: con-
suetudo autem antiqua erat Iudeis bis in die ci-
bō refici; nam coruus Elie 3. Reg. 17. panem &
carnes mane detulit & vespri; & ad mare Ti-
beriadis ad prandium inuitat Discipulos Christus.
Edixit verò illis ut eant in mundum uni-
uersum, & predicēt, &c. Circulis porrò designā-
tur que continent Euangelium.

D. Et primò quidem docentur fidem & cre-
dunt, deinde baptizantur Catechumeni partim
verò merguntur in fontem, partim effunditur
in capita Catechumenorum aqua, ut significetur
varius ritus Ecclesie. Porrò infantes iuriu diui-
ni interpretatione, quod traditione accepit Ec-

clesia, credunt, ubi legitimè baptizantur, in fide Inuen-
Ecclesia, que suppler eorum fidei actum, que non exi-
bunt, & habitum dat sacramentum. & facit
fideles. Describuntur alij circulii que pradixit
Christus, consequitur eos qui crediderint. Non maior
dixit, qui crediderint & baptizati fuerint nam
& credentes non baptizatos haec signa sequi po-
terant; loquutus est enim Cornelius linguis, &
sui ante baptismum. Fides porrò facultatem ha-
bet signorum, ubi signorum est necessitas quem
admodum initio Ecclesia non solum uniusfamilia
ex scripturis sacris accepimus, sed in principio
particularium, ut in historijs particularium ec-
clesiarum legitimis, & in noui orbis atque India-
rum videmus. Idem apud Iohannem p̄redit
Christus; Amen amen dico vobis, qui in me loam.
credit, opera que ego facio & ipse faciet, & ma-
iora horum faciet. Significauerat verò facienda
signa ubi necessaria ea essent propter incredulitatem;
Non creditis, inquit, quia ego in Patre
& Pater in me est? alioqui propter opera ipsa
credite: subdit autem ea que diximus. Idem ex-
ponit Paulus; Lingue inquit, in signum sunt, nō 1. Cor. 11.
fidelibus, sed infidelibus; prophete non infide-
libus, sed fidelibus.

E. Primum igitur signum Demonum electio
est, que in circulo representatur.

F. Multitudo adiunctorum credens fide muni-
tus, & dono spiritus ornatus linguis varijs, Dei
magnalia & Christi eius.

G. Excudit Paulus in ignem viperam que
eius manum inuaserat in insula Melita post
naufragium.

H. Babit venenum lethiferum Iohannes Euangeli-
sta absque ullo detimento.

I. Imponuntur manus super infirmos virtu-
te fidei in nomine I E S V, & sanantur infirmi.
Similium signorum erat etiis in fide, & est adhuc
scibit.

scibi necessarium esset, vel omnino ad Dei maiorem gloriam spectaret miraculum, vel ad maius festandam Sancti alicuius viri virtutis excellentiam, aut etiam opportunum esset diuina voluntate. Simul intelligimus mystice efficaciam esse datam fidelibus & p̄is hominibus ad opera spiritualia designanda: nam & Demones ejiciunt, cum pravaos homines à peccato reuocant, linguis loquuntur, ubi ex spiritus abundantia singulari quadam luce & efficacia de rebus diuinis & spiritualibus verba faciunt; tollunt serpentes quando & à se, & ab alijs Damonū impetus abigunt & frangunt; illud etiam & in se sequuntur, & in alijs efficiunt, ut si quid mudu: si quid caro in anima infuderit veneni, id ut ne nocet; tandem sanant p̄i suas infirmitates spirituales & aliorum in nomine IESVS Christi. Addidit autem IESVS, ne ab Hierosolymis discederet, sed foderent in ciuitate, quousque induerent virtute ex alto; & expectaret Spiritus sancti adventum, quo, & igne, essent illis paucis diebus baptizandi.

K. Inde vero occasionem accipientes Discipuli qui andierant, qui essent credituri, eos signa facturos amplissima, & Spiritus plenitudinem esse accepturos, spectarunt ad terrenum regnum, quibus spirituale promittebat & caeleste; & plane existimauit, curiosè quidem, esse sibi de fine seculi interrogandum. Ad hunc igitur sensum respondet Christus, ac prohibet illam curio-

statem quam videbat & in Discipulis tunc esse, & in alijs esse futuram. Non est, inquit, vestrum nosse tempora vel momenta que Pater posuit in sua potestate.

L. Postquam IESVS praecepta dederat Apostolis, eduxit eos cum alijs Discipulis versus Bethaniam, in montem Oliveti: ita enim interpretari possumus illud; Eduxit eos foras in Bethaniam; rationem scilicet itineris explicat Lucas; iter accepisse Christum quā ad Bethaniam itur, sed substatit tamen in monte Oliveti vertice, unde ascendit ad Patrem. Nam certum est,

Luc. vlt.
Act. i.

consentientibus omnibus interpretibus, ex monte Olivariū ascendisse Christum in calum, non ē Bethania. Contemplare vero Christi diuinam potentiam in hostili ciuitate, ubi ante quadragesimum primum diem fuerat cum summa ignominia & cruciatu necatus, media luce per totam urbem educere ipsum palam Discipulorum multitudinem per portam auream, pandere ante eos viam superne, alijs non conspicuum, transire vero Discipulos iuxta templum, ubi solebat esse hominum concursus perpetuus & frequens, progreedi ad illustrem & imminentem urbi montem, nec quisquam aut cōmouetur, aut impedit cogitat vel audet concursum vel multitudinem. Voluit videlicet tunc pati Christus, nūc gloriōsè ad Patrem ascendere Dominus cali & terra.

Ss ASCEN-





ASCENSIO CHRISTI
IN CÆLVM.

MAR. XVI. LVC. XXIIII. IOAN. XXI. ACTOR. I.

In cxxvi. imaginem adnotat iuncula.

3xxvi.

148.

- A. *Intelligitur peruenisse ad verticem montis Oliveti cum celesti catu.*
 B. *Hinc cum omnium in se oculos animosque conuersos cerneret, benedicent eis, ascendit in celum.*
 C. *Splendidissima exceptus nube ab oculis eorum eripiuntur pompe Angelorum & animarum coniungunt se & plorimi Angeli e celo, qui in subilo & voce tuba videntem excipiunt.*
 D. *Apostolis intuentibus in celum euntem,*
 E. *Duo Angeli candida ueste insignes pranunciant Christum pari maiestate & gloria ad indicium uniuersale esse venturum.*
 F. *Redeunt dominus, & sunt assidue in templo, laudantes & benedicentes Deum, quod non potest imago exprimere.*

EVAN-

DE CHRISTI ASCENSIONE.
EVANGELIVM MISSÆ.

483

LVC. XXIIII. MAR. XVI. IOAN. XXI. ACTOR. I.

¶ eleuatis manib⁹
suis benedixit eis.
Et factum est b⁹ dū be-
nediceret illis.

recessit ab eis,
& ferebatur in cælū. assumptus est in
cælum,

& sedet à dextris
Dei.

videtibus illis eleuatus
est:

¶ nubes suscepit eū
ab oculis eorum.

Cumq; intuerentur in
cælum euntem illū. ecce
duo viri aſſiterunt
auxta illos in uestibus
albis; qui & dixerunt;
Viri Galilei, quid ſtatis
aſſicientes in cælum?
Hic IESVS qui aſſum-
ptus eſt à vobis in cælū.
ſicveniet quemadmodū
vi diſtiſ cum eunt ē in
cælum.

Tunc
reuerſi ſunt
Hierofolymam
a monte qui vocatur
Oliueti, qui eſt iuxta
Hierusalē, Sabbati ha-
bensiſter.

Et ipſi adorantes
regreſſi ſunt
in Hierusalē.

Et erant ſemper in tē-
plo laudantes & bene-
dicentes Deum. Amen.

Illi autem profecti
prædicauerūt vbi-
que, Dominocooperante,
& sermonem confirmingante
ſequentibus signis.

Sunt autē & alia multa
qua ſeit IESVS, que
ſi ſcribitur per ſingula,
nec ipſi marabit or mō-
du capere poſſe eos, qui
ſcribendi ſunt, libros.

Sunt autem & alia

SS 2

AD NO-

AD verticem igitur montis cum peruenis-
sent, constitit Christus, constitit tota An-
gelorum & sanctorum animarum caelis pom-
pa: nec mora, cum intenti in eum ora fixissent
Apostoli & Discipuli, ac corda recrearent dul-
cissimo eius conspectu, expectantes eius in celum
ad Patrem ascensionem, incepit bonus ac sanctus
IESVS eleuatis in Discipulos manibus illis
benedicere.

B. Et factum est cum illis benediceret eleu-
tus in aera propria virtute ferebatur in celum;
circumfusa sequebatur Angelorum & animarum
multitudo: suscepit autem illum nubes a Disci-
pulorum oculis. O benigne & omnipotens Domi-
ne IESV, benedic & nobis. Num unam ha-
buiisti dum taxat benedictionem? Benedix &
tunc vobis & Ecclesia, & meam effundo conti-
nenter in eas animas benedictionem & dona,
que similiter se comparant me inuante, atque
erant Discipuli tunc comparati.

C. Suscipitur a candissima atque amoenissima
manube IESVS, in qua obuiā ei processerat è
celo caelis militie exercitus innumerabilis:
hī se cōiungunt Angelī qui Christū de terris ad
celum sequebantur, & sancta anima: laudant
omnes Deum, celebrant caeli predicationem &
tibilo toram vita mortis, ac resurrectionis, &
ascensionis Christi dispensationem, uniuersa
miracula, doctrinam, mysteria omnia hominis
Dei Christi IESV laudibus in celum, & in om-
nem diuinitatem efferunt. Accurunt qui ele-
menta & species creatas gubernant Angelī;
hi, & qui orbes omnes muuent, obsequium &
laudem Deo & Domino suo offerunt prater-
eunt. Penetratis omnibus celis, constitit ad
summam Empyrei cali altitudinem IESVS,
ubi ad dexteram Patris omnipotentis assedit;
prouehens videlicet humanitatem ad diuinitati-
sū usque dignitatem possessionē, atque autho-
ritatem: distribuit singulis sanctis suas gloriae
sedes, parat venturis, regnat in celo gloriissi-
mē, a celo in orbem terrarum potentissimē. In
ascensu autem ortae voces Angelorum ē celo
obuiam videntium: Quis est iste qui venit de
Edom in cinctis vestibus de Bostris? Respondetur ab
omnibus Angelis & sanctis: Hic est formosus in
stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis
sue. Contra hī illis imperant; Attollite verò por-
tas Principes vestras, elevamini portae eterna-
les, & introtibit Rex gloriae. Respondent exulta-
entes Angelī: Quis est iste Rex gloriae? Alij
omnes simul in tibilo: Iste est Rex gloriae; Domi-

nus virtutum ipse est Rex glorie.

D. Sed quid Apostoli & Discipuli intereat?
Intuebantur cum summa animi & admiratio-
ne & iucunditate euentem in celum IESVM;
illorum enim mentem, cor, & spiritum trabe-
bat suauissime secum in celum benignus IES-
VS: ipsi autem laudabant & glorificabant in
iubilo mentis sua Christum IESVM, & adora-
bant. Et cum esset ab eorum conspectu in nubem
receptus Christus, fixo tamen obtutu in celum
mentem intendebant.

E. Quod cum facerent, ecce astant illi duo
Angeli virorum figura & forma, vestibus albis
talaribus ornati: hi eos reuocarunt ab illa ocul-
lorum intentione, & docuerunt in ipsis esse
Christum ut promiserat, ē celo usque in ipsis
vivere, in ipsis operari: hanc esse expectandam
& amplectendam presentiam illam corpoream
non esse tunc necessariam: eam exhibitur ē esse
Christum in fine seculorum, cum ad iudicium ve-
niat similiter atque nūc ubi in celum profectus
est, propria scilicet virtute, in nube, in corpore
glorioso, cum passionis sue clarissimis cicatrici-
bus, cum omnibus Angelis & sanctis suis, monte
eundem Olivarium superne occupans: in terra
autem cum eis futurum & cū Ecclesia, realiter
quidem, substantialiter, & inuisibiliter in sacra
Eucharistie Sacramento; inuisibiliter item sua
virtute in sanctis animabus, nonnunquam etiam
vissibiliter. Confirmati & edociti ab Angelis
Apostoli ingenti fuerunt gaudio delubri, grā-
tias egerunt Angelis reverenter, celum hī re-
petunt corpore exutū, Apostoli & Discipuli re-
deunt Hierosolymam letitia magna exultantes:
narrant omnia Maria Mari Virgini benedicta,
narrant cunctis mulieribus, quamuis illa in
spiritu praesens omnia viderat: nisi velimus
affuisse presentem in montem, & beatam Vir-
ginem Matrem, & sanctas mulieres, quā ascendit
in celum IESVS; quod pie meditari possumus
& contemplari, etiam si nihil hac de re in
scriptura legamus.

F. Illis verò diebus pleni spe Apostoli & Di-
scipuli, expectantes Spiritus sancti adventum,
versabantur quotidie in templo, laudantes &
benedicentes Deum (huiusmodi verò non potuit
exprimere imago) nec quiquam illos impedi-
bat vel abiebat, ita volente & disponente
Christo, donec acciperent Spiritus sancti virtu-
tem, qua robur induerent diuinum & constans
aduersus persecutores omnes.

MEDI-

MEDITATIO.

Egredimini adhuc semel filiae Sion celestis, & veri mysteriorum Christi contemplatores, & videte Regem vestrum ad suum regnum cælestis gloriosissimo triumpho ascendenter. Sed quid ego vos euoco? video enim vos confine inferum cum Rege vestro fuisse, contemplatas esse, & diuinis laudibus celebrasse eius de cælis descensum in uterum Virginis sacrae, tum è Virginis vtero nativitatem in hunc mundum, Angelorum iubilum, & cœlestes hymnos & illuc & hic audiuisse, ad vitam eius odorem & actionem cucurisse, eas omnes in corde vestro conseruasse studiosè & deuotè. Substititis verò in sponsi vestri cruciatis, passione, & morte; fuitis illis angustiis conflectatae acerbissimis, & sponso comoriua & conseptuæ; veram sumi mortificationem è Christi poenis & morte spirituali experientia comperitis. Resurrexit autem cum Christo, mysteria illa multa & magna post resurrectionem Domini vestri intellexisti. Adeò iam dies ille optatissimus, pretiosior longè dies quam aurum & obrizum, quam lapis omnis pretiosus, ac dulcior melle omni & fauo: huius diei lux terram cælo coniugit. Sed exponite mihi, obfoco, sorores nostræ, animæ Christo dilectaæ, quæ frequenter lætam hanc celebratis solennitatem, quæ cum Christo in cælum subinde ascenditis, cum ipso considerere in cœlestibus soletis, exponite Christi ascensionis mysteria; nec meā indignitatem respiciatis: atque adeò oro vos ut à Christo Domino impetratis, ne mea socordia vestra impedit eruditioem. Audite igitur fratres. Ascensiones dedit Dominus Deus, & certas exaltauit vias, nō solum in corde hominum, sed etiam Angelorum; verum eorum qui auxilium in Deo ponunt: solus Deus, sola persona diuina ascendere non possunt, quum sit Dei infinita cæstudo. Potuit Lucifer ascendere & beatus esse; verum fuit eius ascensionis libido peruersa & pestilens; non enim posuit in Deo, sed in se auxilium. Dixit enim in corde suo: Ascendam ad beatitudinem, constendam super astra cæli, exaltabo soliū meum super omnes Angelos, proueham meā gloriam, sedebō in monte testamenti, sublimitatem meam & solium erigā, conuentū meum habebō ad celi cardinem supremum: ascendam super altitudinem nubium, Angelorum omnium influxus in suos inferiores, & ope-

rationes mihi arrogabo, illas ego faciam. Et has quidem ascensiones in corde suo disponuit sua ipsius virtute: itaque dixit; Euadam altissimo similis, neque eius operâ indigeo ullâ. Fuit hæc Luciferi ascensio stolidissima, & suprà quā dīc possit pestifera; tertiam Angelorum partem peruerit. Quo factum est, ut qui ex diuino auxilio & gratia per humilitatis descentum salutarem mereri potuit ut in cælum ascenderet, & sempiternam beatitudinem iusto tamen Dei iudicio & potentia in infernum sit detractus, & in profundū lacus, magno prelio à Michaële & eius Angelis superatus, atque in terram cum deterritoribus spiritibus proiectus. Nam vbi cunque est, illuc secum ignem suum circumserit, ibi suum habet infernum & lacum. Proiectus è cælo Satan perpetuò idem dicit, & obstinatus dicit, horrendum frenes in sua condemnatione; Ascendā, exaltabo, sedebo, ascendam, similis ero altissimo: similiter tremunt Diabiles omnes. Quod quum non possint assequi, & poenas dent æternas quod voluerint, ad idem tamē homines nunquam cessant instigate impotentem, Deo ad mortalium spirituale exercitium, & pieratis prouentum illud permittente, & ad diuinitatis gloriam; ita fit ad poenam spirituum malignorum ampliorem. Ita Euæ insibilavit, Eritis sicut Deus, similes eritis Altissimo: similiter obrudit omnibus: sed qua via? per superbiam & inobedientiam, quemadmodum ego feci, ita vos me imitamini, & in cælum ascenderis, nec vobis humi erit rependum. Nam quorsum nititur omnis tentatio, nisi ut deserto Deo per superbiam spiritum peruersas ascensiones statuamus, & nostras cupiditates adoremus, atque adeò Diabolum infligatorem quasi pro Deo in cælo collocemus & veneremur? quo ipsi nihil acceptius esse potest. Et hoc quidem machinatur Diabolus, etiam apud fideles homines dolosè, quod in infidelibus & hæreticis aperè & impudenter facit; ut exalteat Satanam supra astra cæli, statuant in monte testamenti, & in lateribus Aquilonis, & euehant super nubium altitudinem, neque tantum faciant similem Deo, sed Deum, quod ipse tamē auffus non fuit expetere. Itaque & Satan, & eius satanici spiritus, & prævaricatores homines in ascensiones infanas stolidissimè incumbunt & miserrimè: quod quum faciunt, nihil

Apoc. 12

Gen. 3.

Ss 3 aliud

aliud quām in descensiones, & casus calamitosos incurunt: sic enim significauit Dauid,

Psal. 72. quum dixit; Deieci eos dum alleuarentur:

Luc. 10. sic vidit, magnus I E S V S Satanam de celo cadentem, & qui eius ascensiones sequuntur

Luc. 1.

in suis superbis cadentes. Contrā verò omnipotens Deus exaltauit semper humiles

descensiones, & in ijs summas ascensiones con-

stituit in Christo, quena mortalibus propo-

suit humiliatis exemplum excellentissimū.

Quid enim aliud carnem sumens Filius Dei,

quid, cùm crucifigi se passus est, quām descen-

siones diuinas nos docuit, in quibus diuinæ

essent ascensiones? Nam propterea exaltauit

ipsum Deus, & dedit illi nomen quod est su-

per omne nomen. O potentes Christi desce-

siones! ô excelſas humilitates! Vides, bestia

Lucifer, tuas alencionum amentias subuerti

arque præcipitari, sublimari verò submissio-

nes à Deo in filio suo? Quid altius filio Dei?

si enim exaltari altius non potuit in diuinitate,

quām consubstantialis sit Patri suo & coæ-

ternus: tanto ramen odio insanas tuas ascen-

siones habuit Deus, tanto amore humiles

descensiones complexus est, vt voluerit carnē

filium suum sumere, in qua possit descendere

arque humiliari. Quis enim maior esse de-

scensus potest, quām si infinitus fiat finitus,

immortalis mortalis, & mortuus? Hoc factū

in Christo est, & quidem perfectissimē per

hypostaticam diuina natura & humana in

diuina persona vniōnem. Simul ad hanc

descensionem aliquos adiunxit Christus diuinos

descensus & humilitates: submissēna-

tus, nutritus, versatus inter homines est; do-

nec in illam se dare: passionis, crucis, & mor-

tit vltimam exinanitionem, & descensus pro-

funditatem: cum qua coniunxit & illum ad

inferos descensum; vt nihil esset vel humili-

itas vel descensus quod non obiret excelsus

I E S V S. Disponebat autem diuinas ascēsio-

nes in corde suo & pro se & pro nobis: illæ

enim submissiones fontes erant diuini earū

quæ sunt consequætæ exaltationum. Ascen-

dit ex inferis ad vitam, non qualem posuerat

pro nobis, sed ad immortalem & cælestem;

tandem excellentissimo triumpho in cælum

ascendit. Impletis, filiæ Sion, mentem & cor-

meum pijs & salutaribus descensionibus atq;

ascensionibus: intelligimus disponendas qui-

dem semper esse ascensiones in cordibus no-

stris, sed in auxilio & gratia quam nobis ob-

luit Christus. Verū illud præterea à vobis

Psal. 83.

postulamus pro vestra charitate in omnes, vt

hodiernæ ascēsionis mysteria nobis expona-

tis. Audite illud primum, præparāda esse cor-

da vestra feruenti humilitate & oratione, ad

salutarem ascēsionis Christi cum Angelis &

Sanctis eius meditationem, & cogitandum

ascēsionem illam nostrarum esse ascēsionum

causam. Ascendit enim Christus in cæ-

lum quā erat homo, & ad diuinam illam sub-

limitatem, & gloriam, & potestatem; vnde in-

telligimus ad nos diuinam bonitatis eius effi-

caciam deriuari, vt ex alijs Christi mysterijs:

quæ virtus suo etiam gradu per piam medita-

tionem & cōtemplationē communicatur:

ea verò in nos vberiū influit, si verè Christo

vniāmūr fide, spe, & charitate, diuinis virtutibus, & Spiritus sancti donis. Obierat iam

suam in terris legationem Dominus: nihil

aliud quām finis erat imponēdus, & cōlum-

matio mysteriorum omnium; vt non solum

mortuus esset Christus propter peccata no-

stra, & resurrexisset propter iustificationem,

sed vt in cælum ascenderet propter nostram

glorificationem. Celebranda est, fratres, per-

fecta Christi ascēsio. Is enim qui ascendit, *Ephes. 4.*

ille est qui descendit primū ad inferiores

partes terræ ex morte; vt nullus esse possit ad-

scensus maior, siue vnde ascendat considere-

tur, siue quid. En Christus consistit in monte

Oliuarum summo misericordiæ opere & chari-

titatis impleto; consistit in eo monte super

quæ stabit cùm venerit iudicare viuos & mor-

tuos: significat verò se ad cælum ascendere, vt

ad dexteram Dei Patris sedeat, & illam iudi-

candi potestatem accipiat. Ascendit, Christe

I E S V, in cælum, & tamen tu montem Oli-

ueti fecisti cælum & paradisum; vbi enim

cælum & paradisus, nisi vbi habitat Deus?

At in te inhabitat omnis plenitudo diuinita-

tis corporaliter. Vbi cælum & paradisus, nisi

vbi videtur Deus à sua creatura? At hic vide-

tur Deus ab Angelis, & cō magis hoc videatur

cælum quām illud fuerat haētus, quia hic

etia ab anima tua videatur Deus, nō solū ab

Angelis, videatur ab animabus omnibus quas

è Limbo eduxisti. Hic præterea est Mater

tua, quæ eximium est paradiſi ornamentum;

sunt tui Apostoli & Discipuli; est Ecclesia

tua Sposa. Cur autem in cælum vis ascende-

re benignè I E S V? mane nobiscum Do-

mine: hinc potestatem exercere poteris in

cælo etiā, non solum in terra; ascendas

autem posteaquam iudicaueris orbe vni-

uersum.

ASCENSIONE.

487

uersum. Non placet iste affectus vester mihi; vos me cognoscere, me frui velleris secundū carnem; at contrā oportet: similiter scilicet qui ad meā ascensionem conuenerant congregabant vel desiderabant; at ego illam cogitationem compescui, & meā quidem präsentiam corporalem non abnui, sed quando effet futura, in eo interdixi ne effent curiosi: simul significauī qua dicitis omnia & potentiū, & gloriōsiū, & decentiū ē cælo me esse facturum: voces Prophetarum adimplendas; neque mihi expectandum vt præmium laborum accipiam. Est alioqui fructuosius prorsus futurum, vt quem affectum nunc sentitis, illum exuat, & in spiritualem conuertatis; vt fides vestra alatur, & syncera in me charitas, donec venero ad finem seculorū, vbi præsenta mea corporalis nihil imminuet animorū perfectionē, sed augebit etiam diuinus in gloria sempiterna. Erat conuentus cælestis in monte cum Christo: contemplamini verò Christum, eius diuinitatem, summam animæ gloriā & corporis, gesta ea omnia considerate, ea omnia animum vestrum implebunt diuina luce & suavitate. Recreabit quidem animum vestrum conspectus militiæ Angelorum & animarum beatarum, Virginis Matri Dei sacrofæcta, Apostolorum, Discipulorum, sanctarum mulierum, Ecclesiæ ipsius; verum ad se trahet Christus totam animæ vestra intentionem, totum cordis affectum. Illi omnia vestra desideria reficiuntur, ibi mentis tenebræ dissipabuntur, succedit splendor cælestis luminis; ibi volutas summa bonum inueniet, in eo conquiescat; ibi degustabitur significatio quædā gloriae sempiterna. Similis intelligetis non ablatum iri dona illa à vobis per ascensionem Christi in cælum, sed ea cum Christo ascendentem cælestes ascensiones atque accessiones esse acceptura. Charitate autem in Christum inflammatibimini, vbi illū videritis ascendere, & proficiēti in gloriā suam. Neque mouebit vos quod præsens non sit corporaliter atque visibiliter, mouebit magis & placebit quod viam ante vos aperuerit, quod sedeat ad dexteram Patris, quod considere vos faciat in cælestibus in spiritu, quod sedes æternas inter Angelos vobis paret, quod Ecclesiæ inde & animas vestras gubernet, quod inde in cælo & in terra regnet, quod humanam naturam in cælum euerterit, quod hoc diuino factō docuerit cælestem vitam nobis esse viuendam, non

terrenam. Summā ergo dedit latititiae causam
ascendens in celum magnus I E S V; nec
indoluerunt Discipuli illo in celum ascen-
dente, mirati sunt potius diuinam eius po-
tentiam & maiestatem: itaque magno eum
gaudio Hierosolymam reuersi sunt; ita
erant inflammata omnia corda diuina luce
atque suavitate. Sentiebant igitur in se quod
in Christo videbant; affiebantur enim diui-
nitatis gestis omnibus Christi: quo circu cū
primum leuauit manus I E S V, leuari si-
mul incepérunt omnium corda, & spiritus
exultare, & assurgere fixis oculis suauissimè
in manus eius qui creauerat celum & terram,
qua cruci affixa fuerant pro mortalium sa-
lute. At quando sibi à Christo viderunt bene-
dici, & simul attolli illum in aera ad celum,
& vim diuinam è Christi manibus & bene-
dictione in se aduerterunt illabi dulcissimè,
simul intellexerunt mysterio fieri, quod dum
benediceret illis recederet, ut significaretur ad
ascensum nostrum in celum opus esse virtu-
te caelesti; simul decessum illum corporalem
& visibilē vim habere benedictionis, & quod
ab I E S V recedente plura essent dona acce-
pturi. Erat copulata omnium corda cū Christo
ascendente, scēdebat Christus, ascendebat
eorum corda in spiritu. Effundebatur è Christo,
& eius ascensu, diuinorum vnguentorum
caelestis fragrantia, qua eliciebat illas voces;
Vnguentū effusum ascensio tua magne I E
S V, Trahe nos post te Deus I E S V, in odore
vnguentorum tuarum ascensionis curremus, te-
cum ascendemus. Diligunt te quas fecisti tuas
adolescentulae, anima pura, & amoenis flori-
bus, virtutum vernantes. Quod si adolescentu-
lae currunt post I E S V M, quid ~~non~~ ^{Cant. 1.} ha-
almah, id est illa Adolescentula, illa Virgo
abscondita & sacrosancta, qua I E S V M co-
cepit & peperit, Regem Regum, Emmanuelē
I E S V M, qua omnium adolescentularum
est Regina? Quid hæc ascendentie filio, quid
sentiebat, quid agebat? Id nos exprimere non
possimus, tu scis, magne I E S V, qui solus illa
maior es, qui illam secundum humanitatem
tuam donis excellentibus ornasti. Ergo no-
bis illud est residuum, ut quantum fuerit eius
gaudium, quanta exultatio, quam sublimis
animi eius ascensio, exponere nesciamus; tan-
tum confiteamur longe fuisse superiorē quā
omnium adolescentularum: & te in illius do-
nis, magne I E S V, benedicamus atque ado-
remus, & illam secundum te. Prosequen-
tia.

Ss 4 tur

tur te tua virtute ascendentē, excelsē I E S V, cum exultatione & iubilo Angeli & animæ sanctæ, Angeli etiam suis tubis clangebant tibi diuinæ laudes, conseq̄ebatur in spiritu ē terra te piorum Ecclesia, tui verò conspectū exhibuisti omnibus, benigne I E S V, donec oculi pleno obitū aſsequi potuerunt: exce-
pit te deinde nubes preclara ab omniū oculis, vi poneres nubem currum & ascēsum tuum.

Ps. 103. Et minum non est si libenter viuit ministerio nubis sapiens I E S V S, & in mōte, & hic, & ad iudicium veniens: voluit enim Ecclesiā suam significari per nubem, & in ea suam præsen̄iam, clementiam, a qua fecunditātē.

Illud verò singulari priuilegio feci Christus, vt principiū fidei ascensionis eius in cælū con-
flaret euidentis, finis & consummatio pura fide. Inde porro celerrimo motu (ambulat enim super pennas ventorum) intrulit se cæli empyrei alii udini summae magnus I E S V S: ibi à Patre exceptus diuino honore, & collocatus ad eius dexteram est, vt vbi semper fuit quā Deus diuinitatis gloria, beatitudine, & iudicaria potestate, quas ab æternitate cum Paire possidet; ibi collocaretur quā homo ex-
cellentissimè supra omnes creaturas gratia & gloria, & tanta esset eius gloria sublimitas, vt idem Dei honor simul vnitæ Dei humanitati deferetur, & in solio diuinitatis collocaretur Deus homo, mundum gubernaret, & particularibus iudicijs homines iudicaret, exire-
num illud & vniuersale iudicium in finem temporum referuans. Quum hac in cælo geregabantur, incomparabilis agebatur inter cæli es lætitia & iubilatio de alijs Christi my-
sterijs; illa etiam singularis, quod Angelis suas vacuas sedes videbant impleri, & propicie-
bant omni ex parte implendas, & concessu-
ros electos homines cum Christo in cælo in cōmunione gloria & iudicaria potestatis.

Exultabant verò eō impensis beatæ animæ,

quod in se percipiebant illa bona compleri,

esse complenda in alijs electis hominibus, leg-
tabantur se ab inferno, & à peccato, & Da-
monū fæa tyrannide & captiuitate liberatas,

& in seruiturē gloriosā Dei omnipotētis esse asseritas. Videbāt è Christi manibus omni be-
nedictione plenissimis hominibus cōmuni-

cari dona amplissima, cuius communicatio-
nis à Patre acceperat ille facultatem. Silencio
potius humili, & tacitus laudibus, quā ver-
bis, qui agebatur in cælo triumphus celebrati
à nobis deber: sit Christo gloria sempiterna. Sed quid intera Apostoli: quid Ecclesia? In-
tentos in cælum oculos cuncti habebant. Sed quā erat eorum meditatio & laus? Eadem illa quā Angelorum, reuelante Christo, eadē cogitabant, & suauī fide contemplabantur, in illis recreabantur eorum corda & spiritus, & laudabant Deum in excelsis. Seniebant vero diuina virtute vt in Christo illa fieri, ita in se cum Christo: coniungebantur in ipsis spiri-
tuales illæ consolationes, quod conuiuificari *Eph. 1.*
essent Christo, quod conrelatiuari: addeba-
tur in gratia & consolationis cumulū, quod sentiebant se in spiritu per gratiam Christi singularem cælo inferi, ad confessum Christi leuari. Magnus triumphus agebatur in cælo, magna celebritas & exaltatio erat in terra: & in hoc quidem erant Apostoli omnes; verū faciebat rerū magnitudo, & spiritus refectio qua cælo & Christo, ad ipsos deriuabatur, vt non mente solum, sed oculis & sensibus in cælum erexit̄ essent. Quibus rerum externa-
rum significationibus finem dederunt Ange-
li, quorum verbis confirmari quidem omnes in rebus spiritualibus sunt, & edicti tum alia, tum etiam illud, circumspēcte viendum & modelū in oratione exterioribus significa-
tionibus, vbi cōtingūt interiores consolatio-
nes, & in conuentu Ecclesiæ illas esse reperi-
mendas, gaudium retinendum, & bonas ani-
mi inspirationes. Ita affecti Hierosolymam reueterunt Apostoli è monte Oliveti, & ce-
lestibus mysterijs; quibus vita nostra in cælos euocatur, vt eriam si anima in hoc corpore & seculi necessitatibus viuamus, spiritu tamen continenter ad cælum spelemus, illuc ascen-
damus, illuc viuamus; & si piamus non qua-
in terra, sed quā in cælo sunt, vbi Christus est in æternā gloria Patris sui. Hinc etiam disca-
mus in oratione versari, & spiritualibus men-
tis leuationibus deuotè, sapienter, & fructuō-
se, ad gloriam I E S V Christi Domini & Dei
nosiri. Amen.

SACRA



SACRA DIES PENTECOSTES.

ACT. II.

In cxxvij. imaginem adnotat iunctula.

cxxvij.

- A. Hierusalem, & locus in monte Sion, in quo hac facta sunt mysteria.
 B. Cenaculum in ea domo, in qua instituerat Eucharistiam Dominus: ibi erant sedentes.
 C. Confidit omnes ordine.
 D. Sedit in medio beatissima Virgo Mater; omnes summa cum expectatione & devotione.
 E. Fit repente de celo sonus tamquam aduentus spiritus vobementis, & repletus totam domum.
- F. Apparet lingua tanquam ignis, qui sedet super singulos; & repletus sum Spiritu sancto.
 G. Incipiunt eloqui varijs linguis Dei landes.
 H. Ad hanc vocem conuenit multitudo, mente confunditur stupent, mirantur; nonnulli tamen irrideant.
 I. Scans autem Petrus levat vocem suam, concionatur ad illos diuina efficacia.

149.

ACTVVM II.

Et dum completerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco. Et factus est repente de celo sonus tamquam aduentus spiritus vobementis, & repletus totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersitae lingua tanquam ignis, sedisque supra singulos eorum; & repletis sunt omnes Spiritus sancto. Et coperunt locum varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Hierusalem habitantes Iudei viri religiosi ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce, conuenit multitudo, & mente confusa est; quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes & mirabantur, dicentes: Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilaei sunt? & quomodo nos audiuiimus unusquisque linguam nostram in qua nati sumus? Partibi, & Medi, & Elamiti, & qui habitant Mesopotamiam, Iudeam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Aegyptum, & partes Libye que est circa Cyrenen, & adiacente Romani, Iudei quoque, & Proscelyti, Cretes, & Arabes, audiuiimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. Stupebant autem omnes, & mirabantur, ad inuicem dicentes: Quid nam vult hoc esse? Alij autem irridentes, dicebant quia musto pleni sunt isti. Stans autem Petrus cum undecim, levauit vocem suam, & locutus est eis: Viri Iudei, & qui habitatis Hierusalem in iuersi, hoc vobis notum sit, & anribus percipite verba mea. Non enim sicut vos estimatis, hi ebrj sunt, cum sit hora diei tertia; sed hoc est quod dictum est per Prophetam Iocel. Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabit filij vestri & filiae vestre, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos & ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabit: & dabo prodigia in celo sursum, & signa in terra deorsum; sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & manifestus. Et erit, omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluu erit.

AD NO-

A. Vrbis Hierusalem pars describitur. & mons Sion ut intellegatur venisse Spiritum sanctum in Discipulos in monte Sion congregatos, in eadem domo ubi sacra Eucharistie sacramentum & sacrificium instituerat Christus; non in eodem carcero sed in superiori, ut antea ex traditione annotatum est.

B. Canaculum amplum ubi erant sedentes Apostoli & Discipuli in oratione suspensi, eodem die expectantes a Christo domum spiritus sancti quod promiserat. Erat autem omnium unus animus & cor unum suavi quadam deuotione perfusum: preparauerat enim eorum cor & mentem a calo Christus, ut digne spiritum sanctum accipere possent & fructuose.

C. Ceterum ratione & scripture consuetum, quod traditio Ecclesie & imaginum usus habet, ut beata virgo Mater Maria intercesset mysterio: perfuerabant enim post Christi ascensione Apostoli unanimiter in oratione & obsecratione, cum Maria matre IESV, & mulieribus, & cognatis eius.

D. Primarium igitur locum habebat in sacro confessu Mater Dei Maria; circum ipsam pone erant mulieres, ordinis suo sedebant Apostoli & Discipuli. Venit beata illa hora tertia, quam non dubium quin Virgo Mater presciret: & ecce mittunt Pater & Filius in sanctum confessum insitum suum amorem, quem in eternitate spirant sibi consubstantiam & coeternum. Verum quando, quo pacto, quibus signis: hec audiamus deucte, fratres, ac reverenter. Completi erat tunc primus dies omnes Pentecostes, aderat quinquefimus dies post Pascha nouum, id est post resurrectionem Christi, ubi vera illa completa est mortalium liberatio: mortuus enim Christus est propter peccata nostra, resurrexit propter resurrectionem nostram & iustificationem.

E. Et ecce tibi drepente factus est a celo sonus. Repentinus sonus a celo factus excitat atque attrahit ad diuinitatem vehementissime quidem, suauissimè tamen corda omnium; vehementius eorum qui erant paratores ad diuinos afflatus recipiendos: quare plenissime excitavit atque attraxit cor Virginis Matris Dei Maria, deinde suo ordine reliquorum. Neque vero sonus ille tantum erat, sed simul vox, ut appellat Lucas. Quid igitur significabat ille sonus illa vox? Aperiri viscera misericordie & amoris Dei nostri Patris & Filii in Ecclesiam, mitti illum amorem, qui in eternitate erat in Patre & Filio, ab utroque uno principio vera spissatione produ-

ctus. Et sonus quidem hoc significabat: quid spiritus vehemens replens totam domum? Diffusus nimirum in spiritu & amoris, qui seruata illa & efficaci virtute in omnium corda fortissime ac placidissime influerat diuinitus: & non solum animos presentium omnium summum dulcedinem replebat, sed in totam etiam dominum: hoc est Christi Ecclesiam, iam inde erat redundatura copiosissime.

F. Quid hic sonus, quid vehemens afflatus attulit? Ignas linguas, quasi ex uno igne diuino in singulos distributas, singulis insidentes. Refertur enim verbum ad rem unam, spiritum scilicet, ut intelligamus vim illam diuini amoris igne fuisse inflammatam, que non solum faceret ut membrum illud vocis artifex praedicta, sed ut i. in omnia etiam viscera ossa omnia interiora & exteriora Dominum benedicerent.

G. Quid igitur tandem per haec signa Deus operatus est? Repleti sunt omnes spiritu sancto, plenitudinem accepérunt charitatis, fidei, atque spei, virtutibus ac donis sunt impleti, sapientia, intellectu, consilio, fortitudine, scientia, pietate, timore Domini: que dona, que virtutes robur simul & firmitatem atque efficaciam accepérunt pro singulari divinae vocatione ac propria functione. Itaque cœperunt loquiri varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis.

H. Loquebantur quidem tunc non Hebreos solum lingua, sed varijs diuersarum nationum; verum facultatem simul accepérat, ut una lingua loquentes à varijs nationibus intelligerentur: ut intellexerunt Petrum loquentem omnes qui conuenerant. Loquebantur autem primis quidem omnes simul dulcissimo concentu, quasi in Ecclesia choro.

I. Verum statim in spiritus domo egredi, qui iam ad sonum & vocem cōmota multitudine conuenisset, palam Petrus, & Apostoli, & Discipuli similiter atque domi fecerant varijs linguis Dei magnitudine prædicabant; maiestate Dei, magnitudinem, bonitatem summō sensu, concentu suauissimo, insolita quadam oratione diuinis efficii concelebrabant. Commoti prius erant & excitati multitudinis animi ad vocem a celo auditam; audientes verò Apostolos & Discipulos suis linguis laudare Deum tanta virtute, iam inustata eloquentia, mente confunduntur omnes, mirantur rei nouitatem & magnitudinem, stupent omnes: erumpunt denique in varia iudicia, etiam in obmurmurations, alijs quidam

quidam hoc sibi vult? Quorsum haec spectat nonitas? Agnoscebantur Apostoli & Discipuli IESV: partim vero timebant, partim in dubium rei euentum reuocabant, alii aperte deridebant, multo plenos, & ebrios dicebant. Cotemplare hic Angelos, qui e celo clapsum Spiritus sancti prosequantur, tum tunc clares singulorum, unum etiam e prima hierarchia, qui Mater Matri Dei obsequebatur, tum Michaelem

I. Quos tamen vis orationis Petri divina, & ministerium Angelorum abegit.

MEDI TATIO.

summationē seculi, & hoc erat satis futurum: sed est copiosa apud eum redemptio & misericordia, ut enim copiosi fuerunt & exundantes passionis & mortis dolores & cruciatus, ita gratia Dei & dona in nos copiosa & exundantia.

Erant multa præterea quapropter missus est Spiritus sanctus. Ea docendi erant Apostoli; quorum adhuc non fuerant capacities: hæc ut doceret Christus, misit Spiritum sanctum, qui illos doceret omnem veritatem, & omnes diuinæ traditiones; neque quicquam esset noui amplius quod fidei addi posset, sed quæ erat accepta a Christo, quæ ab Spiritu sancto, eorum esset doctrina in Ecclesia & expositio cōstans & perennis. Sed cur antea Spiritus datum non fuit? Quia non fuerat IESVS glorificatus. Accepérunt quidem Spiritum Apostoli ante ascensionem Christi, sed non illam excellentem Spiritus abundantiam & dona quæ postea accepérunt. Nam promeritus erat sibi gloriam suam Christus, quam adhuc non accepérat: oportuit igitur illius consummari gloriā, priusquam illa cōsummatio in Ecclesiam redundaret, & dari hominibus ab eo dona ex suorum meritorum & donorum quæ accepérat affluentia. Plenitudinem porrò diuinæ magnificientiæ adora nobiscum. Misit Deus filium suum in mundum, ut mundus per illum saluaretur: itaque Deum vidit omnis caro, in carne vidit salutare Dei, Deum audiuit & contrectauit homo. Nec sat hoc fuit: ostendit se ter in voce e celo Pater; in baptismo Christi, in transfiguratione, in templo, quum ad Christum accederent Gentiles: reliquum erat ut Spiritus sanctus apertius manifestaretur hominibus. Fuerat antea manifestatus in columba, nunc in sono cælius facto, in Spiritu vehementi, in linguis igneis manifestatur. Verè magnus est Dominus Deus, & magna virtus eius & misericordia. Attulisti mihi letitiam & lucem custos Angelus: sed obsecro te per Christum, ut pergas mihi

ineffabilem Dei misericordiam & miserationes! o benignitatem & beneficia adoranda! Filium suum miserat Deus in mundum, expleuerat ille eius mandata, pro nobis mortem subierat, resurrexerat, docuerat Apostolos & Discipulos, & antea copiosè, & post resurrectionem excellenter, ascenderat in celum, & qui fuerant in carcere liberauerat, & fecerat cali esse captiuos, hoc est secum conregnare ex inferno liberatos: ad dexteram sedebat Dei Patris, omnem accepérat potestatem sive in celo, sive in terra. Quid Ecclesia, quid mortalibus facere potuerat quod non fecisset Deus? Et tamen nunc quasi de integro mittit Spiritum sanctum. Sit eius nomen benedictum in æternum: diuinè fecit, facit, & faciet omnia. Sunt quidem mirabilia opera eius solius & gloriose; verum absconsa & inuisa nobis sed tamen quæ timentibus cum, & quibus probationē inducit, soleat sua benignitate Deus denudare, & thesaurizare super eos scientiam. Oro te, omnipotens Dominus, ut ita in me fiat; concipiā timorem tuū, accipiā tuā manus probationem, ut ita intelligere possim mirabilia legis tuæ. Oro & te, custos Angele, ut meam apud Deum ignauiam & infirmitatem iuues: me enim illud bonitatis & misericordia Dei miraculū mouet vehementer, mitti post Christi missionē, post eius vniuersem in homines œconomiam, minit Spiritum sanctum in Ecclesiam: docce me Angele Dei. En tibi hæceriam missio ad œconomiam & mysteria Christi spectat. Nā cuius fuit huius sacrae missionis meritum? nōne Christi? cuius precibus datū ut mitteretur Spiritus sanctus, nōne IESV Christi? Ego, inquit, rogado Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, qui maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis. Est quidem apud Deum aduocatus vester Dominus & vester & noster IESVS, est vester paracletus & cōsolator IESVS, est vobiscum usque ad con-

mihi exponere mysterium huius diuinæ missionis. Inuoca potius Spiritum sanctum Paracletum, ut is te erudit, & emittat in cor tuū lucis suæ radium, ac doceat te rerum, quas desiderat animus tuus, veritatem : hoc & nunc fac, & in eo persevera quum ego narro tibi mysteria, vel ex tua meditatione tu me adiutore in Spiritu sancto illa colligis. *Quis* igitur est qui mittitur beate Angele? Spiritus sanctus, tercia Trinitatis persona, quæ a Patre & Filio aeternaliter, non tanquam ex duobus principijs, sed tanquam ex uno principio, non duabus spirationibus, sed una spiratione procedit. Hic amor est Dei infinitus, hic donum Dei immensum. Amant enim se, suamque essentiam infinitam Pater & Filius, & infinitè amant: habent verò infinitam virtutem ex voluntate producendi, quemadmodum Pater produxit ex intellectu: itaque producunt in aeternitate amorem infinitam perfectionis & substantiæ, donum Dei aeternum; quasi intelligas aeterna illa spiratione parari in donu eundem illum amorem quem Deus produxit. Itaque tantam Deus bonitatem obtinet & charitatem per se & propter se, ut non solum se & nos amet suo amore essentiali, sed producat etiam amorem sibi & illi essentiali substanciali & coeternum, & illum in nos effundat, quasi viscera suæ bonitatis & essentia. O rem superiorum omni hominum laude & Angelorum! O bonitatis excellentiam infinitam! Hoce est donum, hæc viscera bonitatis Dei, quæ hodie in Ecclesiam suam effudit Deus: hunc amorem in vos misit Pater & Filius, ut quem in sinu suo & complexu infiniti amoris spirauerant apud se, illum ad Ecclesiam suam mitterent; Pater ad Filiam, Filius ad Sororem & Sponsam: simul ut persenilia signa non solum Pater & Filius, sed etiā Spiritus sanctus vim diuini amoris cordibus fidelibus insererent munere principali. Exultate mortales, Deo totis viribus psallite: quod nobis in via nostra non dedit beneficium Deus, eo vos est cōplexus, ut amorem suum daret; & non solum gratiam, & odorē vnguenti, sed ipsam vnguenti substanciali. Sed quid est, Dū completerent dies Pentecostes? Complebatur quinquagesimus dies à Christi resurrectione & vero Paschate, sed simul illa etiam Pentecoste antiqua complebatur, quæ transibat quidem, & compleri nūquam poterat: neque enim consummationē adducere poterat lex in illa Pentecoste data,

Augst.

sed scripta tantum fuerat in tabulis lapideis, quæ iustitiam inducere ex se nō poterat. Hæc verò noua Pentecoste tota est in complendo legem, tota complementum legis est; in hac enim confirmata est lex spiritus vitæ, nempe datus Spiritus sanctus, per eius gratia abundantiam, per efficaciam virtutū & donorum, quæ vitæ & iustitiae sempiternā cordibus mortalium inferunt. Consummavit enim Deus super Ecclesiam suam testamentum nouum, non secundum testamentum quod fecit Patribus *Hab. 3:1* antiquis in die qua apprehendit manū corū ut educeret eos de terra Aegypti, sed dedit leges suas in mente fidelium, & in corde ipsorum scriptas eas; ut esset Deus ipsis in Deum, & ipsi Deo in populum. Itaque & si scripta sit lex noua, tamen ut est gratia, ac diuini amoris participatio & virtus, ita dixit Dei in cordibus nostris fuit scribenda, corde recipienda, corde tenenda, ex corde illi cooperandum, ex illa contendendum ad vitam sempiternam. Magna complebantur mysteria in hac Pentecoste, magna ex ea continentur complebuntur & complebuntur, donec ultimum imponatur illi complementum, & perfectio, & consummatio in gloria sempiterna. Confirmavit igitur legem vitæ in cordibus fidelium Deus per Spiritum sanctum, & diuinis accessionibus ornauit, & fecit efficacem. Audi verò unde huius mysterij maiestatem agnoscere plenius possis & adorare. Primum quidem rogauit Christus Patrem ut Spiritum sanctum Paracletum mitteret in Ecclesiam, promisit item Apostolis illum se missurum, qui doceret quæ tunc portare non poterant, qui doceret omnem veritatem: illos docuit post cænam & pedum lotionē, quemadmodum chrisma conficerent, quo vnguentur Spiritum sanctum accepunt ordinatio & perpetuo Ecclesiæ vsu: quo tempore illud etiam intelligitur, ordinarium sacramentum Confirmationis institutum Chrlum, nō *Fabianus 2:105 ad Oriental.* etiam statim eius usum præcepisse. Tandem per noua & excellentia illa signa, sonum, spiritus vehementiam, per linguas & ignem, nō solum vim Sacramenti ostendit & fructum, sed formam etiam & materiam Sacramenti indicavit, non dedit, non oleum, non balsamum, nō verba illa, Consigno te, &c. quæ iam instituerat, sed diuina alia signa, diuinam vocem, quæ & Sacramentum prædicerent futurum, & illius quasi primitias vberiores daret, & fructum præstantiorem. Addita autem adhuc

huc est alia huius Sacramēti celebritas, vt per manus impositionē daretur Spiritus sanctus baptizatis, & linguarum donum effundere-
tur, vt tandem suo Confirmationis Sacramē-
to ita nobilitatio & velut confirmatio Eccle-
sia viteretur: in quo eriamus illa signorum ma-
iestas non adhiberetur, ym tamē Sacramēti
fideles acciperent, cuius est ab eo die ductum
initium. Refecisti spiritum meum, Angele
Dei: sed perge, obsecro; qualis ille sonus, ille
spiritus, illa vehementia, illa lingua, ille ignis
fuit? Cælestes fuerunt illæ creaturæ ex tem-
pore à Deo creatæ, vt in illis ostenderetur
Spiritus sancti adiutentis maiestas & effic-
acia. Neque enim ille flatus ex communi ven-
to, ne lingua vel ignis, vulgaris erat lingua
vel ignis: sibique Lucas per similitudines
expressit rerum illarum virtutes; quas ipse
quidem intelligebat in Spiritu, Ecclesiæ vero
per eum similitudines eundem Spiritum &
veritatem significabat: vt ex similitudine sen-
fili & insuflata vos assurgereis ad rerum, quæ
indicabantur, spiritualem cognitionem. Fa-
tus est repente de cælo sonus. A quo?
A tota quidem Trinitate, sed à Patre & Filio
ex personarum proprietate; verum ipsi mit-
tunt Spiritum sanctum, ita & hic sonus, &
flatus & lingua ad ipsos referri sua proprie-
tate possunt: representant tamen signa illa Spi-
ritum sanctum. Porro conceperis primum
hie sonus est diuina virtutē e cælo ipso, & to-
tum cælum prius impletuit, ex cæli autem mehi
Angelorum omnium & beatarum anima-
rum, ad admirandum Dei opus confluendum:
e cælo resonuit in domum vbi erant vñam-
micer simili confidentes, magna cum animi
tranquillitate horam expectantes in qua im-
plerentur virtute ex alto, & baptizarentur Spi-
ritu sancto & igni, summa deo summa
cum deuotione præstolantes; quasi sedes fu-
turi in quibus sederet Spiritus sanctus. Non
est templo illatus ille sonus, tamersi in illo
frequentes erant Apostoli illis decem diebus;
non enim erat ille sonus testamenti, non
veteris: nouum templum fundabatur, ve-
nus designabatur deserendum, & siebat tunc
quidem destitutio illius initium. Erat au-
tem sonus ille vox, significabat enim diuina
hæc linguarum ad verbum allusio. Sed velut
ignis erant lingua. Erat rursum alia cælestis
creatura: erant lingua non ignea, sed quasi
ignis, & suprà quām ignis lucidè penetrantes,
fortes, purgatrices, absumptrices: lingue enim

T t fabri-

fabricatae sunt Verbi diuini artifices, quæ vim haberent illuminandi mundum, ad interiora cordium penetrandi, diuina potentia purgandi qui se purgationi permitterent, aduersus autem repugnantes absulmendi vim habebat diuinam. Hanc virtutem habebant Spiritus sancti linguae quæ hodie sunt donatae, quæ visusque ad seculi consummationem perseuerabat: non dantur quidem linguae sensiles, dantur tamen in spiritu efficaces. Sed cur dispergitur? Quia Spiritus Dei vincus quidem est,

1. Cor. 12 sed simul multiplex, diuidens vincicuque sicut vult suorum donorum partes & prærogatiwas: quod quum facit, vnitatem tamen in donorum varietate tribuit & conseruat. Dabatur omnibus qui in domo erant Spiritus sanctus, sed tamen Marie Virginis maximo dono, magno secundum hanc Apostolis, magno item omnibus iuxta diuinæ sapientiae suauem distributionem. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto. O infinita diuinitatis potentiam! O immensam & ineffabilem diuini munera largitatem! Varia effunduntur dona & inæqualia, & tamen suis donis replentur omnes: quasi videoas hic expressam similitudinem cælestis gloriae.

1. John. 3
Ps. 16
John. 14

Nonne Deum vident omnes beati, & similes Deo sunt? nonne satiantur gloria Dei omnes? Et tamē mansiones multæ sunt in celo, & inæquales gloria cælestis excellentia. Illud videlicet est, nihil in cælesti gloria est minimum, omnia maxima, omnia excelsa, facultatem omnia nostrarum potentiarum antecellunt: & in hac excellentia variè gloriosus est

1. John. 3
Ps. 16
John. 14

Deus in Sanctis suis, & in summa tranquillitate & pace omnes Sancti diuina bonitate & iustitia fruuntur in sua gloria; neque enim possunt amplius appetere, satiato immensitate Dei eorum omni desiderio: sit benedictus Deus. Similiter fuit in his Spiritus sancti donis: repleti quidem illis fuerunt omnes, sicut tamen gradu, cum summa singuli Dei laude & gratiarum actione, nescio quid cælestis illius œconomia degustantes in suorum donorum varietate. Et cooperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Fuerant quidem illis decem diebus semper in templo laudæs & benedicæs Deum; & quidem ea laus & benedictio à Spiritu proficicebatur: nunc tamen primum dicuntur loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Illa priuata erat laus ad se, non publica ad alios; hæc ad omnes gentes pertinebat iam inde, & propterea varijs lin-

guis loquebatur, hoc est omnibus: propterea tanta linguarum varietate multitudo mouetur, confunditur, stupet & miratur. Non solum autem stupebant omnes & mirabantur quid suis linguis illos videbant loqui, sed quid magnalia Dei celebabant: ad miraculum linguarum aliud coniungebatur miraculū diuinæ verborum virtus, harmonia, suauitas plena effectuum diuinorum. Nam si donum Dei erant incidentes illis linguae, maius erat donū facultas illa in verba deriuata, maior vis & diuinitas sermonum ab illis linguis procedentium: magnum Spiritus sancti opus, summa in mortales benignitas, verè loquebantur prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Sed quid hæc in Apostolis, quid in omnibus efficerunt? Mirificum omnium virtutum & donorum, quæ hæc tenus acceperant, augmentum, & confirmationem, & robur, & co maiori excellentia, quo præstantioribus signis indicabantur. Præcellentem igitur gratia acceperunt, quæ eorum iustitiæ auditiæ coram Deo fecit & illustriorem, tum simul omnibus, quæ acceperant, donis robur additum est singulare, innumeris præterea beneficis eorum animi & corda locupletata sunt, omnè veritatem sunt educti, atque principali Spiritus sancti munere quæ antea portare non posse tuerant, ea facile ac suauiter acceperunt: sunt armati cælesti panoplia, duces ac milites spiritus, tualis & cælestis militia sunt designati, atque adeò in aciem Dei viuenris educti, & in prælium contra mundum, carnem, Damones omnes, contra infernum, mortem, peccatum. Acceperunt igitur fidem, spei, & charitatem diuinæ accessiones, tum donorum septem Spiritus sancti peculiari munere quasi ex integræ, quibus virtute Spiritus sancti excellentius mouerentur. Quum verò dona illa iam cum virtuibus accepissent, insuper horum donorum nati sunt singulæ priuilegia; per sapientiam rerum humanarum ac diuinarum suauem & sublimem vno spiritus complexu mysticæ cognitione & sensu; per intellectu illarum intimam intelligentiam, & ad puram diuinamque veritatem penetrantem; consilium autem & prudentiam spiritus acceperunt, quo non solum humana, sed cælestia etiam ac diuina ad salutarem proximam conferre possent; tum huius spiritus fortem & constantem operationem & perseverantiam; ex his verò profluentem diuinam quandam ratiocinationem, & iudicium ac scienciam: quæ omnia dona

1. Cor. 12

pietate sancte perficerentur, ut ad maiorem De gloriam, & proximorum salutem ampliorum & perfectionem referri posset: conservarentur vero timoris sancto & immaculato spiritu, quem dona sex parerent, & quasi in ministerium & auxilium asciscerent. Ex virilibus autem & donis vim experiebantur in corda deriuari, qua fructus spiritus & beatitudines exercerent, & contra omnes tentationes cum intrinsecas, tum extrinsecas generose pugnaret & vincerent, & essent omnibus hostibus terribiles. Et haec quidem omnia ita Ecclesia tunc accepit, ut singuli sua proportione pro ratione sui munieris, & vocationis, & gratiae sua dona reciperent, & fieret caelstis quidam concentus, ut vocum ita donorum, ille auribus externis, hic internis & spiritualibus. Sed quid alij post illum diem? quia confirmationem gratiae & rerum spiritualium adepti sunt. Minori priuilegio quam illi, sed magno tamen; non per sonum, & vehementem spiritum, & igneas linguis, quae proprie ad primis spiritus attinebant, sed per impositionem manuum Apostolicarum, & donum linguarum. Quocirca quod Apostolis sonus spiritus vehemens, linguae igneae, id his erat manuum impositionis effectus, loqui linguis: similiter atque primitiarum fuerat; quibus signis effundebatur his etiā Spiritus sanctus, & eius dona omnia, & robur spiritus communicabatur. Quid vero postea in Sacramento Confirmationis, quod Christus ad usum ordinarium in Ecclesia sua esse volue-

rat? Datur gratia, dona, & robur spiritus, similiter atque in Ecclesia primitua; illae exteriorum signorum excellentiae non adhibentur. Effectum enim quapropter admouebantur fortite quum sint, iam nihil est quod adjiciantur: nam & diuinam auctoritatem obtinet Spiritus sanctus, & coarguit mundum de *Ioan. 16.* peccato, iustitia, & iudicio; & linguae iam omnes credunt, & factum iam est illud quapropter vel lingua dabatur, vel linguis loquebantur. O rerum diuinarum caelstia sacramenta! quid illa efficacia non habuerunt, quum eorum auditio tantam spiritus excitationem faciat, tantam amoris diuini flammatam exsusciteret? Veni, veni sancte Spiritus, & emitte celitus lucis tuae radium. Veni pater pauperum, veni dator munierum, veni lumen cordium. Consolator optime, dulcis hospes animae, dulce refrigerium. In labore requies, in astu temperies, in fletu solatium. O lux beatissima, reple cordis intima tuorum fideliuum. Sine tuo numine nihil est in homine, nihil est innoxium. Laua quod est folidum, riga quod est aridum, fana quod est fauciun, flecte quod est rigidum, soue quod est frigidum, rege quod est deuum. Da tuis fidibus in te confidentibus sacrum septenarium: Da virtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudium. Amen.

Tibi etiam gratias ago, Angele sancte, cuius auxilio haec sum meditatus. Sint vero omnia ad Dei trini & vniuersitatem sempiternam gloriam. Amen.

Pro Dominica & festo sanctissima Trinitatis nullam visionem est imaginem pingere; nulla enim res creataque possit secretissimum illud, & captum omnium vel hominum vel Angelorum supervans mysterium imitari: & quae dantur similitudines à Theologis, vel intellectu solo constant, vel tenues sunt, vel quae difficulter exprimi possunt. Aliae vero imagines Patris, item spiritus sancti, expressae sunt hactenus non semel, Christi singulis ferè imaginibus. Pro die item corporis Christi non est posita vel imago, vel adnotatio; haec enim superioris habentur, ubi post verteris Pasche & communem cenam, de Sacramenti & Sacrificij sacrosancte Eucharistie, & de cœ-
nac Domini noui atque aeterni testamenti actum est.